

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE

11

NOVEMBRI 1965

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia
de re liturgica edenda cura
Consilii
ad exsequendam Constitutionem
de sacra Liturgia

« Notitiae » prodibunt die 15 cuiusque mensis. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Coetibus Episcoporum vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent in Civitate Vaticana, Palazzo S. Marta, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta:
NOTITIAE, Città del Vaticano

Administratio autem residet apud
Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano

Pro commentariis
sunt in annum solvendae:
in Italia lit. 2.000
extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5)

Singuli fasciculi veneunt:
in Italia lit. 200 (\$ 0,35)
extra Italiam lit. 300 (\$ 0,50)
In Italia pecunia mittenda est per
c/c/p N. 1-16722

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

SUMMARIVM

Acta Consilii

Summarium Decretorum quibus deliberationes Coetuum Episcoporum confirmantur . 321

Decreta quibus confirmantur interpretationes populares praefationum in Missa . . 329

Summarium Decretorum quibus confirmantur interpretationes populares Propriorum religiosorum 329

Decreta quibus facultas datur omittendi Horam Primam . 330

Missae in quarta periodo Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandae . . . 330

Labores Coetuum a studiis: de lectionibus in Missa (P. Godefridus Diekmann, OSB) 333

In nostra familia 337

Coetus Episcoporum

Libri liturgici officiales: Regionibus Gallicae linguae, Austria 338

Incepta pro unica interpretatione textuum liturgicorum . 339

De primis gressibus institutionis liturgicae: Gana, Guinea, Malia, Nigeria, Respublica Centrafricana, Ruanda-Burundia, Tanzania, Paraguarina, Peruvia, Salvatoriana Respublica, Nova Zelandia . 346

Instituto Latinoamericano de Liturgia Pastoral (C.E.L.A.M.) 365

Documentorum explanatio . . . 366

SUMMARIVM DECRETORVM
QUIBUS DELIBERATIONES COETVVM
EPISCOPORVM CONFIRMANTVR
(a die 1 ad 13 sept. 1965)

EUROPA

Cecoslovachia

I. Documenta: 29 sept. 1965 (Prot. n. 3632/65).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

Lingua Bohemica:

Textus Ordinarii Missae et praefationum a Coetu Episcoporum propositi.

Gallia

V. Decreta particularia:

15. **Cameracensis** (8 sept. 1965, Prot. n. 3437/65): confirmatur interpretatio gallica Proprii Missarum archidioeceseos.
 16. **Lugdunensis** (15 sept. 1965, Prot. n. 3580/65): confirmatur interpretatio gallica Proprii divini Officii archidioeceseos.
 17. **Tolosanae** (21 sept. 1965, Prot. n. 2961/65): confirmatur interpretatio gallica Proprii Missarum archidioeceseos.
 18. **Valleguidonensis** (18 sept. 1965, Prot. n. 3585/65): confirmatur versio gallica Proprii Missarum dioeceseos.
 19. **Versaliensis** (8 sept. 1965, Prot. n. 3507/65): confirmatur interpretatio gallica Proprii Missarum dioeceseos.
-

Germania

V. Decreta particularia:

2. Misnensis (30 sept. 1965, Prot. n. 3691/65): confirmatur interpretatio sorbica Supplementi Missalis.

Hispania

V. Documenta particularia:

8. Sancti Sebastiani (29 sept. 1965, Prot. n. 3597/65): confirmantur textus Proprii Missae a dominica XIII ad XXIV post Pentecosten, necnon pro festis Sanctorum a die 29 iunii ad 2 novembris.

Hungaria

- I. Documenta: 24 sept. 1965 (Prot. n. 3625/65).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Hungarica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum, insuper praefatio.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: in benedictione candelarum diei 2 februarii; in benedictione et impositione cinerum; in ritibus hebdomadae sanctae, in litiis sanctorum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: *Misszale* (Szunyogh); *Magyar Misekönyv, Vasárnapi Misekönyv* (P. Egon Jávör, OSB) Romae 1964.
Pro partibus Ordinarii et Proprii, exceptis orationibus, etiam libri pericoparum, cantuum et precum cuiusque dioeceseos.
2. RITUALIA:
Pro allocutionibus et admonitionibus in collatione Ordinum, liber *A Papszentelés a « Szent István Társulat »* edito.
Pro ritibus hebdomadae sanctae, missalia supra recensita et versio ab « Actio catholica » edita.
Pro litiis sanctorum, textus qui in libris cantuum et precum cuiusque dioeceseos invenitur.

Italia

V. Decreta particularia:

15. **Augustanae** (10 sept. 1965, Prot. n. 3605/65): confirmatur interpretatio gallica et italica Proprii Missarum dioeceseos.
16. **Asculanae in Piceno** (21 sept. 1965, Prot. n. 3581/65): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

ASIA

Borneum Septentrionale

V. Decreta particularia:

1. **Vicariatus Apost. Jesseltonensis** (8 sept. 1965, Prot. n. 3576 65): confirmatur interpretatio Ordinarii Missae lingua Kadazan.

Cambogia

I. **Documenta:** 18 sept. 1965 (Prot. n. 3584. 65).

II. **Lingua vernacula** quae adhiberi potest: cambogiensis.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. **IN MISSA:** iuxta decretum typicum.

IV. **Interpretationes populares** adhibendae:

1. **MISSALIA:** Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum.

India

V. Decreta particularia:

6. Verapolitanae (28 sept. 1965, Prot. n. 3664/65): confirmatur interpretatio malabarica ritus matrimonii.

Philippinae insulae

I. Documenta: 25 sept. 1965 (Prot. n. 3674/65).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Anglica et linguae regionales.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum, insuper praefatio.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

Lingua anglica:

1. MISSALIA: *Maryknoll Missal, St. Andrew's Missal, St. Joseph Missal, Marian Missal.*
2. BREVIARIA: *The Hours of the divine Office in English and Latin, Collegeville.*

Taiwan, Hongkong et Macao

I. Documenta: 10 sept. 1965 (Prot. n. 3606/65).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

2. RITUALIA: Versio sinica Ritualis romani.

Vietnam

I. Documenta: 10 sept. 1965 (Prot. n. 3436/65).

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: Cantus Proprii, orationes et praefatio.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

Textus iam debite approbati pro linguis vietnamensi, anglica, gallica et sinica.

AFRICA

Africa Æquatorialis

V. Decreta particularia:

5. Gabon (18 sept. 1965, Prot. n. 3579/65): confirmatur interpretatio popularis linguis Fang et Kota Ordinarii Missae a Coetu Episcoporum proposita, necnon Parvum Missale *Nten Wam*, lingua Fang exaratum.

Angola

- I. Documenta: 30 sept. 1965 (Prot. n. 3569/65).

- II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: bundo, cuanhama, nhaneca, ganguela, quimbundo, quico, quicongo.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum, insuper praefatio.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

a) Lingua bundo:

Ordinarium Missae et Proprium Missarum diebus dominicis et festis, a Coetu Episcoporum proposita.

b) Lingua quimbundo:

Ordinarium Missae a Coetus Episcoporum propositum.

- c) **Lingua quicongo:**
Parvum missale cum aliquibus ritibus sacramentalibus pro dioecesis Congi inferioris debite approbatum.
2. **RITUALIA:**
- a) **Lingua bundo:**
Textus rituum Baptismi, Confirmationis, Eucharistiae Paenitentiae, Matrimonii, exsequiarum et benedictionis mulieris post partum, a Coetu Episcoporum propositi.
- b) **Lingua cuanhama:**
Textus rituum Baptismi et Matrimonii a Coetu Episcoporum propositi.
- c) **Lingua nhaneca:**
Textus rituum Baptismi, Unctionis infirmorum, Matrimonii et benedictionis mulieris post partum, a Coetu Episcoporum propositi.
- d) **Lingua ganguela:**
Textus rituum Baptismi, Eucharistiae, Unctionis infirmorum, Matrimonii et benedictionis mulieris post partum, a Coetu Episcoporum propositi.
- e) **Lingua quicongo:**
Parvum missale pro Congo inferiore approbatum et supra recensitum.

Madagascaria

I. Documenta: 28 sept. 1965 (Prot. n. 3607/65)

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. **MISSALIA:**
Ordinarium Missae; praefationes; orationes Communis Sanctorum, quarundam feriarum Quadragesimae et Missarum votivarum, a Coetu Episcoporum proposita.
-

Tanzania

V. Decreta particularia:

2. **Kigomaënsis** (18 sept. 1965, Prot. n. 3445/65; 21 sept. 1965, Prot. n. 3633/65): confirmatur interpretatio linguis Ha et Kiha aliquorum rituum Baptismi, Confirmationis, Paenitentiae et Unctionis infirmorum.

Zambia

I. Documenta: 30 septembris 1965 (Prot. n. 2930/65).

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt: praefatio.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

- a) **Lingua lunda:**
Textus praefationum, Proprii Missarum a festo SS. Trinitatis ad dom. IV Adventus.
- b) **Lingua lozi:**
Textus Proprii Missarum a die Pentecostes ad dom. VII post Pentecosten.
- c) **Lingua Bemba:**
Textus praefationum et Proprii Missarum.

2. RITUALIA:

- a) **Lingua lunda:**
Rituale parvum.
- b) **Lingua bemba:**
Formulae essentialia Sacramentorum; allocutiones et admonitiones in sacris Ordinibus conferendis.

AMERICA

Porturicus

I. Documenta: 18 sept. 1965 (Prot. n. 3506/65).

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: preces ad pedem altaris faciendae, symbolum, oratio super oblata, praefatio, embolismus et dialogus *Pax Domini*.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

Ordinarium Missae a CELAM propositum.

Pro partibus Proprii: *Misal San José* et parva missalia edita ab ANTOÑANA, AZCÀRATE, BORN, CASTILLO, GOLDÀRAZ, LEFÈBVRE, MOLINA, NÀCAR-COLUNGA, PÉREZ DE URBEL, RAMBLA, RIBERA, SERRA, SÀNCHEZ-RUIZ, VILARIÑO.

OCEANIA

Nova Zelandia

I. Documenta: 10 sept. 1965 (Prot. n. 3445/65)

IV. Interpretationes populares adhibendae:

Lingua Maori:

2. RITUALIA: Textus Baptismi cum formula brevioris professionis fidei, Absolutionis sacramentalis, Unctionis infirmorum, exsequiarum et ordinis sepeliendi parvulos, a Coetu Episcoporum propositi.
-

Decreta, quibus confirmantur interpretationes populares praefationum in Missa

Corea, die 24 sept. 1965 (Prot. n. 3488/65): confirmatur interpretatio popularis exstans in parvo missali a Patribus OSB de Waekwan edito.

Tanzania, die 18 sept. 1965 (Prot. n. 3582/65): confirmatur versio swahili exstans in *Misale Ndogo*, iam debite approbato.

Uruquaria, die 8 sept. 1965 (Prot. n. 3549/65): confirmatur interpretatio popularis exstans in parvis Missalibus a BORN, AZCÀRATE, LEFÈBVRE, RIBERA, SANCHEZ, RUIZ, SERRA exaratis, iam debite approbatis.

SUMMARIUM DECRETORUM QUIBUS CONFIRMANTUR INTERPRETATIONES POPULARES PROPRIORUM RELIGIOSORUM (a die 1 ad 30 sept. 1965)

Ordo Fratrum Minorum Capuccinorum

ITALIA

1. Die 8 sept. 1965 (Prot. n. 3577/65): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Ordinis.

Ordo Fratrum Discalceatorum B. Mariae V. de Monte Carmelo

ANGLIA

2. Die 24 sept. 1965 (Prot. n. 3658/65): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missarum Ordinis.

GALLIA-BRABANTIA

3. Die 24 sept. 1965 (Prot. n. 3578/65): confirmatur interpretatio gallica Proprii Missarum Ordinis.

MELITA

4. Die 24 sept. 1965 (Prot. n. 3667/65): confirmatur interpretatio melitensis Proprii Missarum Ordinis.

Societas Iesu

PROVINCIAE LINGVAE ANGLICAE

1. Die 28 sept. 1965 (Prot. n. 3647/65): confirmatur interpretatio anglica Proprii Breviarii Societatis.

Congregatio Sororum a Sancta Dorothea (v. della Frassinetti)

ITALIA

1. Die 10 sept. 1965 (Prot. n. 3583/65): confirmatur interpretatio italica Missae B. Paulae Frassinetti, Virginis.

Decreta, quibus facultas datur omittendi Horam Primam

Ordo Canonorum Regularium S. Augustini, die 14 sept. 1965
(Prot. n. 3573/65).

Ordo Praemonstratensis, die 14 sept. 1965 (Prot. n. 3566/65).

Congregatio Americana Casinensis O. S. B., die 23 sept. 1965
(Prot. n. 3671/65).

Congregatio Helveto-Americana O. S. B., die 24 sept. 1965 (Prot.
n. 3672/65).

Ordo Recollectorum S. Augustini, die 14 sept. 1965 (Prot. n. 3613/65).

Ordo Sanctissimae Trinitatis, die 22 sept. 1965 (Prot. n. 3662/65).

Ordo Servorum Mariae, die 20 sept. 1965 (Prot. n. 3665/65).

MISSAE IN QUARTA PERIODO CONCILII OECUMENICI VATICANI II CELEBRANDAE

Typis Polyglottis Vaticanis - MCMLXV.

13×21,5 cm., 119 pp.

CONTENTUM: Praenotanda. De ordine celebrationis. Calendarium. Formularia Missarum: I-VII de Spiritu Sancto; VIII in feriis quattuor Temporum septembris; IX Tempore Adventus; XI in festis Apostolorum; XII in festis Martyrum; XIII in festis Confessorum. Psalmi respon-

sorii ad libitum eligendi. Ordinarium Missae: schema I, schema II; Credo; tonus orationis dominicae, monitio in fine Missae. Oratio fidelium. Gloria Patri. Lectiones: Actuum Apostolorum; Evangelii Ioannis; pro feriis Adventus. Preces ante Congregationem dicendae.

Libellus a « Consilio », de mandato Summi Pontificis, paratus, coelegantibus Coetibus 39: *de cappella papali*, et 25: *de libris cantus*, ad usum Patrum Concilii Oecumenici editum est.

Missae enim quae ibi continentur, approbatae sunt « ut in quarta periodo Concilii Vaticani II adhibeantur. Nequeunt proinde ad alias celebrationes extra Aulam Conciliarem transferri » (p. 2, nota).

Votum a pluribus Patribus expressum fuerat ut Missa, qua omnes Congregationes generales inchoantur, revera huic amplissimi et sacri Consensus digna esset.

Ideo parvi voluminis finis est liturgiam Concilii moderandi, ut apte respondeat spiritui *Instructionis*, diei 26 sept. 1964, et normis quas *Ordo Missae* cum suo *Ritu servando*, diei 27 ianuarii 1965, praebet.

Celebrationes Concilii tali modo ordinantur ut finem etiam didacticum sibi proponant: « ostendendi, scilicet, quanam sit genuina ratio celebrationis eucharisticae iuxta recentiora Documenta instaurationis liturgicae, sive ad ritus, sive ad cantus, sive ad actuosam participationem quod spectat. Proinde:

a) Missa secundum diversas formas a rubricis statutas, id est in cantu et sine cantu, celebratur.

b) Participatio actiosa adstantium manifestatur sive per cantum sive per communem recitationem partium quae ad ipsos spectat, sive etiam per sacramentalem Communionem, quae Auditoribus saltem in ipsa Missa distribuitur.

c) Diversae formae cantus per vices adhibebuntur, quo clarius appareat quam ampla sit facultas thesaurum Musicae sacrae adhibendi, iuxta cuiusque coetus participantium capacitatem » (*Praenotanda*, n. 4, p. 6).

Propterea «ad exemplum practicum et completum praebendum, in Missa omnia ipsius elementa habentur, oratione communi necnon Communionem fidelium minime excepta » (*De ordine celebrationis*, n. 6, p. 7).

Hac de causa quaedam Missarum partes e *Graduali simplici*, ex praecepto ipsius Concilii (*Const.*, art. 117) mox edendo, depromptae sunt, ut iam nunc « facilius eius natura et finis Patribus appareat » (*Formularia Missarum*, n. 4, p. 14).

Ad dignitatem et momentum libri evangeliorum in Concilio aptius

extollenda, processio ad illum inthronizandum initio Missae fit et cum processione ad introitum coniungitur, qua durante canitur antiphona ad introitum cum suo psalmo, ac, ex ipso, evangelium Missae legitur. Lectiones Missae praecepto Concilii ut « thesauri biblici largius aperiantur » (*Const.*, art. 51) respondent et simul prae oculis habent peculiariora adiuncta in quibus Missa celebratur. Propterea pericopae secundum ordinem lectionum « quasi continuae » sumuntur ex Actibus Apostolorum et ex evangelio Ioannis, ex quibus apparet « et missio actioque Spiritus Sancti in Ecclesia et in vita fidelium, et vita ipsius Ecclesiae, ductu Spiritus Sancti, in primis communitatibus christianis ». (*Lectiones*, n. 2, p. 113). Peculiares lectiones « selectae » pro feriis Adventus habentur.

« Iuxta ordinem Concilii celebrandi, dicitur cotidie Missa de Spiritu Sancto. Attamen, ad mentem Constitutionis de sacra Liturgia, loco huius Missae votivae, celebratur Missa de Officio currenti, sive de Tempore sive de Sanctis, diebus qui peculiaris sunt notae » (*Praenotanda*, n. 2, p. 5).

Ut, tamen, debitae varietati consulatur, plura proponuntur formularia sive Missae votivae de Spiritu Sancto, sive pro diebus in quibus alia celebratur Missa. Ideo 13 praebentur schemata Missarum, idest: « 3 Missae votivae de Spiritu Sancto, cum textibus e Graduali romano depromptis; 4 Missae votivae de Spiritu Sancto, cum textibus e Graduali simplici derivatis; 1 Missa cum textibus e Graduali simplici pro feriis Quattuor Temporum septembris; 1 Missa cum textibus e Graduali simplici pro tempore Adventus; 1 Missa cum textibus e Graduali simplici pro festis B. Mariae V.; 1 Missa cum textibus e Graduali simplici pro festis Apostolorum; 1 Missa cum textibus e Graduali simplici pro festis Martyrum; 1 Missa cum textibus e Graduali simplici pro festis Confessorum.

Post haec schemata, nonnulli exhibentur psalmi sive cum responsoriis psalmicis sive cum responsoriis alleluaticis, adhibendi, pro opportunitate, inter lectiones » (*Formularia Missarum*, n. 1, p. 13).

Hi psalmi cantari poterunt loco gradualis et versus alleluatici e Graduali romano cantandorum. Quoad cantum, ergo, a quo « formam nobiliorem actio liturgica accipit » (*Const.*, art. 113), magna varietas datur, sumendi et modos ornatiores e Graduali romano, et modos simpliciores « qui nunc primo ad hunc usum praebentur, cum possibilitate pro textibus traditis eos substituendi » (*Formularia Missarum*, n. 6, p. 14).

Pro oratione fidelium, sex schemata et 18 Collectae conclusivae inveniuntur, ita ut facilius variari possint. Pro singulis schematibus una cum textu etiam melodia proponitur ut haec oratio alternatim et in cantu et sine cantu peragi possit.

Parvus libellus, sed magni praetii; alium gressum renovationis liturgicae signans.

Initio cuiusque Congregationis generalis Patribus forma Missae celebrandae illustratur, quam ipsi, hoc libello utentes, revera *una voce et uno corde*, active et pie participant, plaudentes et laetantes se, iam in Concilio, primos illius restorationis liturgicae fructus percipere, cuius artifices fuerunt.

LABORES COETUUM A STUDIIS

De lectionibus in Missa

(P. Godefridus Diekmann, OSB)

I. PRINCIPIA QUAE EX IPSA CONSTITUTIONE « DE SACRA LITURGIA » ELUCENT AD LECTIONES MISSAE REVISENDAS

1. *De necessitate componendi novum corpus lectionum in Missali Romano.*

Constitutio « De sacra Liturgia » statuit: « In celebrationibus sacris, abundantior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur » (art. 35, 1).

Hoc vero principium quoad Missam reformandam applicans, in art. 51 edicit: « Quo ditior mensa verbi Dei paretur fidelibus, thesauri biblici largius aperiuntur ita ut, inter praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum Sanctarum populo legatur ».

Haec praescriptio intelligi debet praesertim de diebus dominicis et festis de praecepto, ad mentem art. 49.

Ergo novum corpus lectionum pro Missali Romano exarandum esse patet.

2. *De mente huius instaurationis*

Haec redactio vero conficienda est in sanae traditionis spiritu, qui rationem habeat sive corporis lectionum in Ecclesia Romana traditi sive comparatarum liturgiarum sive hodiernarum necessitatum pastoralium, ad mentem art. 4 et 23 Constitutionis.

3. *De lectionibus diebus dominicis et festis*

Ita visum est, utpote primum labor adimplendum, conficere novum ordinem lectionum pro diebus dominicis et festis de praecepto, cum his in diebus plebs Dei ad Verbum Dei audiendum congregetur.

4. *De criteriis ad pericopas seligendas*

Tamquam criterium habeatur « mysterium Christi et historia salutis » (art. 16). Proinde in novo ordine lectionum conficiendo proferatur totus nucleus apostolicae praedicationis circa Iesum « Dominum et Christum » (Ac. 2, 36), qui Scripturas adimplevit vita, praedicatione et praesertim paschali mysterio; Ecclesiam vero suam propria vita vivificat usque ad secundum et gloriosum suum adventum.

Novus igitur ordo dilucide ostendere debet:

— imprimis Ecclesiam vivere hodie totum Mysterium Salutis (cfr. art. 7), quod a Christo iam completum, in nobis adhuc perficiendum est;

— deinde « fidei mysteria et normas vitae christianae » quae in homilia Missae exponuntur (art. 52);

— praeterea Vetus Testamentum integrum praesupponi in Domini praedicatione et in Eius actionibus et passione;

— praeter maius Paschatis thema, alia existere quae praetermitti non possunt, e. gr. themata adventus Regni Dei;

— denique annum liturgicum esse locum aptiorem quo organice kerygma illud fidelibus praebeatur (cfr. art. 102).

5. *De lectionibus Veteris Testamenti in Missam inducendis*

« Praestantior pars Scripturarum Sanctarum quae in Missa legenda est » (art. 51) intelligi debet cum de Novo tum de Vetere Testamento. Quapropter renovandum est, in quantum possibile, antiquum principium iuxta quod in Missa adsit lectio Veteris Testamenti. Ad fideles autem recte edocendos, fatendum est pericopas Novi Testamenti maiorem vim ferre quam illas Veteris.

6. *De apta compagine inter lectiones eiusdem Missae*

Ut homilia sacerdoti facilius evadat (cfr. art. 52) necnon apud fideles exitum meliorem obtineat (cfr. art. 48), optanda est inter ipsas lectiones Missae quaedam cohaerentia qua unitas totius oeconomiae Salutis tum Veteris tum Novi Testamenti appareat. Patet vero hoc principium cohaerentiae magna cum prudentia et non rigide adhiberi posse. Attamen quaedam saltem themata in liturgicis maioris momenti tem-

poribus, v. gr. de Adventu usque ad Paschalis temporis finem, optanda sunt.

7. De adaptationibus Lectionarii

Sicuti, ad mentem art. 38 Constitutionis, etiam legitima varietas in lectionibus Missae admittenda videatur, v. gr. in Missis pro pueris necnon in Missionibus, etc. ... hoc providebitur suo tempore in rubricis novi Lectionarii.

II. DE ORGANIZATIONE RECOGNITI LECTIONARII IN MISSALI ROMANO

1. De tribus lectionibus

Ad praestantiorē partē Sacrae Scripturae inducendam intra Missam, optandum est principium renovandi quo « prius Propheta legitur, et Apostolus et sic Evangelium » (Ambrosius, *In psalm.* 118, 17, 10); principium illud servandum est speciatim in dominicis diebus et festis Domini 1^{ae} vel 2^{ae} classis necnon in festis de praecepto.

a) Haec enim restauratio magnum pondus habet pro re pastoralī, quia fidelibus concedit ut magnam partem Veteris Testamenti audiant atque continuitatem operis salutis intellegant.

b) Non dicatur vero hanc additionem tertiae lectionis, sc. ex Veterē Testamento, Missam nimis protractam efficere, cum in ipso *Ordine Missae* elementa quaedam decursu temporis minus utiliter addita omitti possent (cfr. art. 50). Neque contendatur plebem christianam minime paratam esse ad Vetus Testamentum audiendum, cum ipsa Constitutio de sacra Liturgia decreverit « ut promoveatur ille suavis et vivus Sacrae Scripturae affectus » (art. 24). Si autem et ipsi sacerdotes, sicut quidam reapse asseverant, Vetus Testamentum recte interpretari hodie nequeunt ex defectu propriae institutionis biblicae, respondendum est: expresse Constitutionem statuisse ut clerus ad illud amplius et profundius erudiatur ad veram mentem ipsius liturgiae melius intelligendam (cfr. art. 16 et 17).

c) Principium hoc circa trium lectionum restaurationem omnibus Coetus nostri membris necessarium visum est. Ideo per se, Coetus noster optaret ut tertia lectio revera praescriberetur. Periculum enim est ne, si tertia lectio non praescribitur, tunc fere numquam legatur, sicut ex historia constat, e. gr. in ritu Ambrosiano, Byzantino, Syriaco, Chaldeo et Armeno.

d) Attamen, ne haec obligatio in aliquibus locis vel temporibus gravior appareat, hoc statutum est a Patribus, ut diebus dominicis et in festis Domini primae et secundae classis necnon in festis de praecepto, Missa tribus lectionibus ditetur, quarum aut primam (Prophetam) aut secundam (Apostolum) omittere licet, si id condiciones fidelium postulant.

2. *De cursu lectionum diebus dominicis et festis de praecepto*

a) Ut « praestantior pars Scripturarum Sanctarum » diebus dominicis « populo legatur », Constitutio petit repartitionem lectionum biblicarum intra plurium « annorum spatium » (art. 51), sed sine determinatione. Ex omnium consultorum et in hac re peritorum sententia, cursus duorum annorum sufficere non videtur. Optio igitur cursus trium aut quatuor annorum superest.

b) Quisquis cyclus, sive trium sive quattuor annorum, pro lectionibus eligatur, opportunum videtur ut in nonnullis dominicis et festis semper eadem lectiones retineantur quolibet anno, ut v. gr. in die Paschae et Pentecostes, in festis Nativitatis, Epiphaniae, Baptismatis, Praesentationis et Ascensionis Domini.

3. *De congruentia lectionum cum temporibus*

Quantum fieri potest, placet servare traditionem, quae quosdam libros ad determinata tempora circuli anni liturgici tribuit. En aliqua exempla:

— Traditio universalis nexum perspexit inter Evangelium Ioannis et mysterium paschale; Evangelium enim hoc festalem notam exhibet, quae maxime ad tempus paschale pertinet.

— Ad tempus paschale etiam pertinent Actus Apostolorum, Liber Apocalypsis et Epistolae Catholicae.

— Ad tempus Adventus potius pertinet Liber Isaiae, sed aliqui textus eiusdem pro tempore Passionis melius servantur, uti cantus Servi.

4. *De rationibus quae intercedunt inter lectiones Missalis et lectiones Breviarii.*

Lectio Sacrae Scripturae, in Liturgia, habetur in Missali et in Breviario. At ratio distributionis inter duos libros non est eadem. In Missali enim, iuxta traditionem, potius libri Novi Testamenti habentur, et in Breviario libri Veteris Testamenti. Insuper, in novo ordine lectionum conficiendo, attendendum erit etiam, ad Missale quod attinet, ut

textus eligantur sive ex Antiquo sive ex Novo Testamento qui mysterium salutis opportune fidelibus praebere possint.

Consentaneum ergo videtur ut distributio totius Sacrae Scripturae a Missali incipiat, ita ut lectio divina Missalis sit quasi fundamentum et lectio divina Breviarii sit quasi ipsius completiva. Nam lectiones Missae ad universum fidelium coetum diriguntur, dum lectiones Breviarii sunt potius pro clero et quadam parte selecta totius plebis christianae.

IN NOSTRA FAMILIA

Laeta.

Exc.mus DD. GEORGIUS P. DWYER, Membrum « Consilii », usque adhuc Episcopus Loidiensis, promotus est ad sedem Archiepiscopalem Birminghamiensem (*L'Osservatore Romano*, 7 ottobre 1965).

Rev.mi: Mons. IOANNES WAGNER, Can. AMATUS GEORGIUS MARTIMORT, Ab. RAMBOLDUS VAN DOREN, OSB, P. ANSGARIUS DIRKS, OP, P. RINALDUS FALSINI, OFM, Consultores « Consilii », nominati sunt Consultores Sacrae Rituum Congregationis (*L'Osservatore Romano*, 24 ottobre 1965).

Rev.mus P. AUGUSTINUS AMORE, OFM, Consultor « Consilii », nominatus est Subpromotor Fidei additus eiusdem Sacrae Rituum Congregationis (*L'Osservatore Romano*, 25-26 ottobre 1965).

Tristia.

Rev.mus P. DOMINICUS DELALANDE, OP, Consultor « Consilii », ad caelestem Patriam peragravit, die 9 octobris 1965.

Coetus Episcoporum

LIBRI LITURGICI OFFICIALES

REGIONES GALLICAE LINGUAE

Missel romain latin-français

Pars III:

19×25 cm., pp. 268-50, 1965.

CONTENTUM: Proprium de Tempore a dominica SS.mae Trinitatis ad dom. XXIV post Pentecosten; Proprium Sanctorum a die 25 maii ad diem 2 decembris; Proprium Missarum pro Belgio; Proprium Missarum pro Canadia; Proprium Missarum pro Gallia; Proprium Missarum pro Helvetia; Ordo Missae; Commune Sanctorum; Missae de Sancta Maria in sabbato; Missa pro Sponsis; Missa votiva pro unitate Ecclesiae; Missa votiva de Spiritu Sancto.

AUSTRIA

Missaleeinlagen zum Ringmissale

Editor: Veritas-Verlag, Wien-Linz.

Impressum typis J. Wimmer Ges., Linz, 1965.

24×31,5 cm.

Versio germanica approbata a Coetu Episcoporum Austriae. Constat variis fasciculis involucro Missalis inserendis.

CONTENTUM: Ordinarium Missae; Proprium de Tempore et Proprium Sanctorum pro omnibus diebus anni liturgici; Commune Sanctorum; Missae votivae; praefationes particulares.

INCEPTA PRO UNICA INTERPRETATIONE TEXTUUM LITURGICORUM

International Committee on English in the liturgy

STRUCTURE OF PROJECT

The structure for the project of an English translation of the Roman liturgical texts is planned to be as follows:

1. Hierarchies of the English-speaking countries.
2. International Episcopal Committee (members representing the respective Hierarchies and reporting to them).
3. International Advisory Committee, with a small body of ordinary members (designated by International Episcopal Committee) and corresponding members (designated by respective Hierarchies or by respective members of the International Episcopal Committee).

- a) Secretariat
- b) Subcommittees
- c) Translators, etc.

Note: Since it is not expected that the International Episcopal Committee will meet after the conclusion of the Council, the International Advisory Committee will report to the various Hierarchies by way of the Bishops of the International Episcopal Committee or the corresponding members of the International Advisory Committee, as each Hierarchy may prefer.

INTERNATIONAL EPISCOPAL COMMITTEE ON ENGLISH IN THE LITURGY

Note: The members of this Committee have been designated by the respective Episcopates of the ten countries. It has been agreed that other interested Episcopates may be represented if they so desire.

Australia: M. Rev. Guilford Clyde Young, Archbishop of Hobart (vice-chairman).

Canada: M. Rev. Michael C. O'Neill, Archbishop of Regina.

England & Wales: M. Rev. George P. Dwyer, Archbishop of Birmingham.

India: M. Rev. Leonard Joseph Raymond, Archbishop of Nagpur.

Ireland: M. Rev. Joseph Walsh, Archbishop of Tuam.

New Zealand: M. Rev. Owen N. Snedden, Auxiliary Bishop at Wellington.

Pakistan: M. Rev. Joseph Cordeiro, Archbishop of Karachi.

Scotland: M. Rev. Gordon Joseph Gray, Archbishop of St. Andrews and Edinburgh.

Southern Africa: M. Rev. Denis Eugene Hurley, Archbishop of Durban.

United States: M. Rev. Paul J. Hallinan, Archbishop of Atlanta (chairman, secretary).

INTERNATIONAL ADVISORY COMMITTEE ON ENGLISH IN THE LITURGY

a) *Ordinary members*

The following members were chosen by the International Episcopal Committee. They are not representatives of their respective countries.

Rev. Godfrey Diekmann (convener pro tempore), Prof. H. P. R. Finberg, Prof. G. B. Harrison, Rev. Percy Jones, Rev. John J. McGarry, Rev. Frederick R. McManus (secretary pro tempore), Rev. Stephen Somerville, Rev. Harold E. Winstone.

b) *Corresponding members*

The following members were designated by the respective Episcopates or their representatives on the International Episcopal Committee. It is planned that each country should be represented on the committee by a corresponding member for the liaison with the Episcopates or the respective national liturgical commissions.

(In some cases the Bishops of the Episcopal Committee were desirous of being relieved entirely of communications etc. until the full project has been formulated; thus they preferred to designate a priest to serve as corresponding member. In other instances the Bishops preferred to serve in that capacity themselves, so as to be more fully informed).

Australia: M. Rev. Thomas Vincent Cahill (Cairns);
Canada: Rev. Stephen Somerville (Toronto);
New Zealand: M. Rev. Owen N. Snedden (Wellington);
Pakistan: M. Rev. Joseph Cordeiro (Karachi);
Scotland: Rev. John Symon (Roxburgshire);
Southern Africa: Rev. A. P. Plesters (Johannesburg).

MANDATE

The following document was prepared by the International Episcopal Committee to authorize and guide the work of the International Advisory Committee.

THE INTERNATIONAL ADVISORY COMMITTEE ON ENGLISH IN THE LITURGY

The Hierarchies of England and Wales, Scotland, Ireland, the United States of America, Canada, Australia, New Zealand, India, Pakistan, and Southern Africa, having agreed to the establishment of an International Advisory Committee on English in the Liturgy with a view for achieving an English version of liturgical texts acceptable to English-speaking countries and bearing in mind the ecumenical aspects, entrust this Committee with the following Mandate:

1. To work out a plan for the translation of liturgical texts and the provision of original texts where required in language which would be correct, dignified, intelligible, and suitable for public recitation and singing.

to propose the engagement of experts in various fields as translators, composers, and critics and to provide for the exchange of information with the sponsoring Hierarchies and with other interested Hierarchies; and

to give special attention, within the scope of this plan, to the question of a single English version of the Bible for liturgical use or at least of common translations of biblical texts used in the liturgy.

2. To submit this plan to the interested Hierarchies with a view to obtaining their consent.

3. To implement the approved plan.

4. To submit final recommendations to the interested Hierarchies for their approval.

5. To use such funds as shall be made available for these purposes by the Hierarchies, under the general control of the Episcopal Secretary representing them for the time being, the Most Reverend Paul J. Hallinan, Archbishop of Atlanta.

PROCEDURE

1. The first step is the establishment of a *Secretariat*, with a secretary and a typist.

Various locations for this were considered: London, Birmingham, Canada, Collegeville, Washington. The Committee preferred Washington, because of the offer of premises by the Liturgical Conference, which has handled secretarial details thus far.

In order to achieve a valance in the representation of the various English traditions, it was agreed that the secretary should be an English priest if the office is located in Washington, an American if it is located in England. Since, however, the office of secretary includes no policy-making responsibility whatever (below), it was agreed by His Eminence, Cardinal Heenan, that it would be preferable to have an American as secretary, with offices in Washington.

The function of the secretariat is:

a) to obtain materials and information for exchange among the members of the Episcopal and Advisory Committees.

b) to coordinate the work of the Advisory Committee by correspondence.

c) to prepare the agenda for the meeting of the Advisory Committee (below).

d) to arrange for this meeting and to execute its decisions.

If the project developed by the study of the Advisory Committee is accepted by the Hierarchies, the secretariat would have the task of coordinating the work of translators, subcommittees, etc., preparation for publication, and the like.

2. The International Advisory Committee is to fulfill the mandate (q. v.) of the Episcopal Committee. In the first stages of the work this is envisioned as

a) setting up general norms for translation

b) determining a program or project of translation of texts (or selection of existing translations)

c) obtaining samples and proposals from prospective translators, whether individuals or teams

d) proposing to the Hierarchies a definitive project of translation, including refined norms of translation, method of procedure, names of translators, estimated costs, etc.

It is assumed that this will take a period of one year, during which the committee would meet once, preferably in Washington.

If the project developed by the Advisory Committee is accepted by the Hierarchies, the Advisory Committee would then have the role of supervising the work of translation, in accordance with the mandate (below).

PRELIMINARY NORMS

At a preliminary meeting of part of the International Committee (London, January 1965), held at the direction of the Episcopal Committee, some general agreement on norms of translation were reached. The following should be noted:

1) These principles, before submission to translators for their guidance in preparing sample translations, must be agreed upon by the entire Advisory Committee. Presumably they will be modified after the Advisory Committee has examined sample translations in preparing the project for submission to the Hierarchies.

2) These principles do not treat directly the special questions involved in biblical translation and in the translation of hymns, etc. They are directed primarily toward the problems of translation of non-biblical prose texts, such as collects, prefaces, etc.

FIRST PRINCIPLES OF LITURGICAL TRANSLATION AGREED BY THE ADVISORY COMMITTEE

1. The task of the Advisory Committee and of its associates is limited to the provision of acceptable English translations from the Liturgical books of the Latin rite. It does not extend to the composition of new (and in places possibly better) texts.

2. Translators will therefore work from the latest typical editions of the Roman Missal, Ritual, and Pontifical.

3. To be acceptable in substance, a translation must faithfully express the meaning of the original texts. If the meaning of a pas-

sage is not certainly known, the translator may take some liberty of reasonable conjecture.

4. To be acceptable in style, translation must take account of (a) the sacral character of the original texts; (b) the tradition of devotional writing in the English language; (c) contemporary linguistic usage; (d) euphony; and (e) the practice of other Christian bodies.

5. Respect for the sacral character of the original texts and the demands of corporate public worship will prescribe a vocabulary and style not necessarily identical with those admissible in private and personal prayer.

6. Respect for contemporary linguistic usage will dictate the avoidance of words and phrases not in living use today.

7. Respect for euphony will involve the testing of all draft versions by reciting them aloud.

8. The word « acceptable » in the foregoing paragraphs is to be understood as requiring translators to work mainly with an eye to the middle range of church-goers rather than to the least or the most intelligent and literate.

9. Translators are entitled to assume that such words, as e. g. grace, absolution, and salvation will not be altogether foreign to their hearers.

10. Any question not covered by these norms is to be treated as an open question.

SPECIAL NOTES

Other pertinent matters discussed informally by the Episcopal Committee should be noted.

1. It was thought that the collaboration with other Christians interested in the liturgical use of English should be developed after the first meeting of the Advisory Committee. At least the principal churches should be consulted. Mention was made of the Anglicans (Episcopalians), Lutherans, and Presbyterians.

2. With regard to the version of the Scriptures to be proposed ultimately, it was agreed that all versions should be considered. This would not necessarily preclude a proposal from the Advisory Committee of a new translation, either of the Scriptures or of some part, for example, the Book of Psalms.

3. Although the entire project is planned with a view to the complete revision of the Roman liturgical books, expected within a period of from four to eight years, it was considered desirable that an early agreement be reached, if possible, on the ordinary chants of Mass, responses, and acclamations, etc. This would be of help to composers.

4. Some discussion by the Episcopal Committee during the second period of the Council (1963) was directed to the broad division of material to be translated. It was evident that at least three categories must be considered:

a) the scriptural readings, presumably to be taken from a single translation of the Bible and thus available no matter what changes take place in the lectionary:

b) the hymns, psalms, and other poetic materials which are to be sung; and

c) non-scriptural prose texts, including collects, prefaces, blessings, the eucharistic Canon, etc.

PUBLICITY

The members of the Episcopal Committee were anxious that there should be extensive publicity given to the work of the Advisory Committee so that the project, to prepare a translation to supplement the provisional use of available texts, might become well known to Catholics in general; and so that all prospective translators would have every opportunity to propose their work and that others might be able to offer suggestions.

DE PRIMIS GRESSIBUS INSTAURATIONIS LITURGICAE

GANA

I. INCEPTA

1. Medio mense Iulii anni praeteriti Commissio Liturgica Nationalis formata est. Membra huius Commissionis ter convenerunt in civitate Kumasiënsi, scilicet: 29-7-1964, 8-1-1965, 12-2-1965.

Primo conventu executio Constitutionis de Sacra Liturgia, praesertim de mysterio Eucharistico, de aliis Sacramentis et de Sacramentalibus, in praesente, in proximo futuro et in remoto futuro considerata est.

Secundo conventu Commissio scrutinavit Instructionem (26-9-1964), praesertim capita de mysterio Eucharistico, de aliis Sacramentis et de Sacramentalibus deque Divino Officio. Insuper Commissio aliquas propositiones Coetui Episcoporum misit.

Coetus Episcoporum, volens servare uniformitatem in rebus liturgicis, assignavit Commissioni speciali elaborationem Modi Missae Celebrandae. Brevi tempore Commissio ad hoc, Modum praesentavit in octo capitibus:

1. Missae celebratio in privatim,
2. Missa publica lecta, sine lectore,
3. Missa publica lecta, cum lectore,
4. Missa publica in cantu, sine Diacono et sine lectore,
5. Missa publica in cantu, cum lectore,
6. Missa publica in cantu, cum Diacono et Subdiacono,
7. Missa publica in cantu, cum Diacono tantum,
8. Observationes generales.

Paucis ante diebus quam Commissio Liturgica Nationalis tertium conventum habuit (12-2-1965) ad hunc modum approbandum, Secretarius anglicam redditionem articuli « Novus Ordo Missae », a P. Bugnini scripti in « L'Osservatore Romano » (29-1-1965), recepit. Lectio huius articuli perutilis fuit in efformandis aliquibus emendationibus.

2. Notatu dignum est aliquod documentum Romanum (23-11-1964, Prot. n. 3055/64), quod Archiepiscopo Litoris Capitis usum sequentium linguarum vernacularum concedit: *Fante, Nzima, Abanta, Wassa, Sefwi, Simpa-Efutu, Asante-Twi* et etiam linguae anglicae.

3. Mense februarii huius anni, Archiepiscopus tres Commissiones instituit: 1. Commissio Liturgica; 2. Commissio de Musica Sacra; 3. Commissio de lingua vernacula Fante et de adaptatione. Ordinarius in mente habet aliam Commissionem instituere, nempe de Arte Sacra. Haec commissio autem instituetur post publicationem directorii de celebratione Missae versus populum et de positione altaris tabernaculi-que, cuius publicatio brevi expectari potest (Epistula « Consilii », 30-6-1965).

Praeses Commissionis Liturgicae etiam praeest Commissioni de lingua vernacula *Fante* et de adaptatione; hoc videtur esse in conformitate cum articulo 40 *b* Instructionis.

Commissio Liturgica Dioecesana aliquos articulos per modum introductionis in lucem edidit et iam incepit publicare singulis mensibus « Bulletin » indolis liturgicae-pastoralis ad sacerdotes et fideles instruendos.

Commissio de Musica Sacra operam dat praeparationi melodiarum pro textibus in lingua vernacula. Diebus 14-16 mensis augusti symposium habuit pro magistris chori.

Commissio de lingua vernacula *Fante* iam finivit textum vernaculum omnium Sacramentorum et etiam textum Ordinarii Missae. Nuper redditio Proprii Missarum incepta est.

II. EXITUS

1. Litteris Archiepiscopi (7-2-1965) usus linguae anglicae permittitur quoad Ordinarium et Proprium Missae diebus Dominicis in Missis lectis: in collegiis et in domibus religiosis, in paroeciis quando Missa celebratur pro pueris puellisque scholarum primariarum, et etiam — praevia permissione Ordinarii rogata et recepta — in paroeciis ubi congregatio fidelium diversis linguis utitur. Textus anglicus et Ordinarii et Proprii Missae distribuuntur a typographia Archidioecesis. Ratio huius restrictionis in usu linguae anglicae est ut postea fideles non solum sine difficultate accipiant suam propriam linguam sed etiam ipsam vere gustent.

Hoc loco notandum est quod fideles in Ghana multos iam annos active participant in offerendo recipiendoque mysterio Eucharistico, precibus et cantibus in Fante, qui orationum actuumque sacerdotis sensum optime exprimunt. Haec « Fante Mass » in cantu ubique ab omni populo magno in amore habetur. Articulus 59 Instructionis (Constit. 54 *b*) pastoribus in Ghana haud difficultatem praebet. Etiam in statio-

nibus secundariis fideles multi in lingua latina recitant seu cantant partes Ordinarii Missae quae ad eos pertinent.

2. Aliis Archiepiscopi litteris (2-3-1965) pro tempore primus modus discessus ab altari (*Ordo Missae*, num. 7) prescribitur pro omnibus Missis celebratis cum populo diebus dominicis et aliis festis de obligatione.

3. Concelebratio. Ter usque adhuc concelebratio gesta est in cathedrali Litoris Capitis:

- a) nocte Nativitatis Domini, ritu Missae sollemnis.
- b) feria V in Cena Domini, Missa Chrismatis, ritu pontificali.
- c) eodem die, Missa Vespertina, ritu pontificali.

Nocte Nativitatis Domini Missa concelebrata est versus populum, altari speciali bene ornato tegimento multicolorato « kente » nuncupato in sanctuario posito.

A clero Archidioecesis in Seminario Regionali Sti Petri pro exercitiis spiritualibus degenti, semel Missa lecta concelebrata est.

In stationibus secundariis bis concelebratio facta est, ritu Missae lectae, intra quam multi fideles Sacramentum Confirmationis receperunt.

4. *Communio sub utraque specie* ab Archiepiscopo concessa est:

- a) professis in Missa religiosae suae professionis, eiusdemque renovationis, dummodo vota intra Missam emittant,
- b) sponsis in Missa sui matrimonii,
- c) iis qui sub a-b recensentur in Missa suorum iubilaeorum.

III. DIFFICULTATES

1. Translatio textuum liturgicorum in linguis popularibus. Linguae locales maxime differunt in structura a lingua latina. Populi se expriment modo valde concreto.

2. Sacerdotes omnes, missionarii praesertim sed etiam clerus localis, studio linguae locali incumbere debent, nam in territorio Archidioecesis saltem octo linguae in usu sunt.

3. Praeparatio melodiarum pro textibus in lingua vernacula.

IV. PROPOSITIONES

Commissio Liturgica Archidioecesana prae se fert invitare propositiones a clero ad opportunas adaptationes in cultum divinum ex traditionibus ingenioque singulorum populorum praeparandas.

N. PRONK, S. M. A.

*Secretarius pro tempore Comm. liturg. dioeceseos
Litoris Capitis (Cape Coast).*

GUINEA

La conférence nationale des évêques de Guinée s'est réunie à plusieurs reprises au sujet de l'application de la *Constitution* « De Sacra Liturgia »: en avril et octobre 1964, en février et avril 1965. Elle a décidé l'application progressive des autorisations d'employer les langues populaires. A l'heure actuelle, toutes les autorisations accordées à l'Assemblée épiscopale de l'Ouest Africain (Prot. n. 2547/64) sont utilisées pour les messes lues (avec concours de peuple). Pour les messes chantées, le kyrieal grégorien est maintenu. Les évêques de Guinée ont invité les chercheurs à créer des mélodies nouvelles adaptées à la langue, à la mentalité et à la culture guinéennes, mélodies qui pourraient être utilisées dans certaines circonstances.

Sont admises en Guinée les langues suivantes: le *français*, partout, le *sousou* et le *coniaqui* dans l'archidiocèse de Conakry, le *malinke* et le *kissien* dans la Préfecture Apostolique de Kankan, le *toma* et le *guerzé* dans le diocèse de N'Zérékoré. Pour le français, les textes utilisés sont ceux reconnus par l'Assemblée des évêques francophones. Pour les autres langues, des traductions provisoires ont été élaborées, à partir du texte français officiel, tant pour l'Ordinaire que pour le Propre. Elles sont utilisées à l'essai.

Au cours de leur dernière réunion, les évêques de Guinée ont accordé la permission de concélébrer, conformément aux directives du « Conseil » pour l'application de la réforme liturgique.

Pour préparer les paroisses à une meilleure « mise en route », à partir du 7 mars, une équipe du Centre diocésain de Pastorale a sillonné tout le diocèse de Conakry. Dans chaque paroisse une réunion a été tenue avec le clergé, les religieuses, les membres des chorales et tous

ceux qui s'intéressaient à la réforme. Le sens et le but de celle-ci ont été expliqués. Des exercices pratiques de chants et de dialogues en langues populaires ont été faits avec les fidèles. Le chœur des chapelles et églises a été aménagé, quand c'était nécessaire, pour une meilleure application des nouvelles dispositions liturgiques. Dans les autres diocèses, les prêtres se sont également réunis en plusieurs séances de travail. Une assez grande unité a donc pu être obtenue.

La réforme a été accueillie partout avec intérêt. La participation de l'assemblée est réellement devenue plus importante et plus consciente. Un certain nombre de laïcs ont accepté de remplir les fonctions de lecteur et d'animateur, dans l'assemblée du dimanche. Sans atteindre encore la perfection, des progrès notables ont ainsi été enregistrés.

Propositions: on aimerait que les derniers doublets soient supprimés à la messe (par ex. *kyrie*, prière des fidèles et *memento*); surtout on aimerait une révision rapide du rituel du baptême (en particulier celui des enfants), du rituel du mariage et des obsèques (des enfants spécialement).

L. VIEIRA

Vic. général de Conakry

MALIA

I. DE USU VERNACULAE LINGUAE

1. *Commoda:* Cum in nostra natione, opibus experti plerumque et culturae non-scriptae, pauci possent Christifideles missalibus uti, saepe preces atque cantica plus minusve accommodata, quae per Missam repe-tebant illi, sacerdotes composuerant.

Liturgia quaedam Verbi divini et translatio locorum aliquorum textus Missae Sacramentorumque in linguam vernaculam permittit christifide-libus vere partem habere in unica actione, cum saepius precabantur, sa-cerdote pro sua parte rem divinam faciente.

Haec est maxima mutatio quae modum quandam externum faciendi transgreditur et fundamentum attingit.

2. *Difficultates:* Sed pro populo christiano adhuc paucissimo aequum est sacerdotes sacros textus vertere in sex saltem linguas vernaculas quarum quaedam in dialectos aliquando usurpatos in unius paroeeciae territorio insuper dividuntur. Quae cum ita sint, eo difficilius est Com-

missiones multas Scripturae, Theologiae, Patristicae, Linguisticae, etc. peritorum necessariorum, constituere, quod arduus ille labor ad munus pastorale, saepe gravissimum, additur, perfici non potest semel omnino. Oportebit igitur ut Ordinarii « ad tempus » approbent missalis partes ut usus primae translationis quae diligentissime accuratae quamvis imperfectae defectus patefaciat.

Difficillimum igitur est statim Missale duabus linguis typis excudere ratione quod pauca erunt exemplaria et textus continue emendandus.

II. DE CANTICIS ET INSTRUMENTIS MUSICAE AFRICANORUM

Satis feliciter accommodare ad textus liturgicos melodias a maioribus traditas tentant. Si id sit, maiorem partem actionis liturgicae populus communiter habet.

Ipsi tamen Christifideles aliquando dubitant num in liturgiam instrumenta a maioribus tradita admittenda sint, quibus revera pagani in suis caeremoniis proprie dictis non multum utuntur minimeque Mahumetani; illa enim ob eam causam profana liturgiae idonea non videntur eis. In hac re, voluntatibus societatum Christianorum obsequimur, artem nolentes imponere quae cum ingenio gentium harum non congrueret.

III. DE CONCELEBRATIONIBUS

Ubicumque Concelebratio effecta est, praecipue feria V in Cena Domini, fortiter populum christianum hoc modo melius sacerdotii unitatem et illud ab Episcopatu capere initium sentientem commovit.

IV. DE RITIBUS ACCOMMODANDIS

In his rebus, aliquibus exceptis experimentis stricte determinatis, non multum processimus.

Interrogationes accuratas sacerdotibus commisimus de mutationibus quae Ordinariis proponerent, sanctimonialibus consultis mulieribus, et catechistis et christianis aliquibusque paganis aut Mahumetanis, quibus adhuc student.

Ordinarii quidem nihil praepropere in hoc capite agere nolunt, sed paratissimi sunt ad omnes immutationes cum *Constitutione* de Sacra Liturgia congruentes admittendas.

✠ LUCAS A. SANGARÉ
Archiepiscopus Bamakoënsis

NIGERIA

1. The decrees of the *Instruction* on the Sacred Liturgy were put into effect in Nigeria on March 7th 1965 and on the same date the use of the vernacular language was permitted for the first time in the celebration of the Mass and in the administration of the Sacraments.

Prior to this date conferences and lectures on the Sacred Liturgy were organised in almost all the Dioceses of Nigeria to form the clergy in the spirit and correct sense of the new Liturgy.

In virtue of letters Prot. N. 3088/64 of the « *Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia* » to the Bishops of Nigeria the use of English, Igbo, Yoruba and Hausa was introduced into the celebration of Low Mass on March 7th 1965.

English was used mainly in Colleges and Institutions and in city parishes. Its use extended to the readings and chants of the Ordinary of the Mass and later on to the Collects. Igbo, Yoruba and Hausa were introduced in the areas where these languages are spoken. Their use was limited generally to the responses of the Ordinary of the Mass and its chants together with the readings. Further use was restricted because of the lack of translations of liturgical books into these languages.

A permission widely availed of was that of allowing a qualified layman to read the Gospel during the Mass where the celebrant was a non indigenous missionary who found it difficult to speak the vernacular language on account of its tonal character. (cf. Letter N. 790/65 of the « *Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia* » to the Bishops of Nigeria 27 february, 1965).

English was the only vernacular language used in the administration of the Sacraments because translations of the Ritual into the other languages are not available.

2. In general despite difficulties the restoration of the Liturgy in Nigeria has started well and has been well received both by the Clergy and by the Faithful.

3. The chief difficulty in the implementation of the *Instruction* on the Sacred Liturgy in Nigeria is the lack of translations of Liturgical books into the Nigerian languages. Again the multiplicity of languages often makes it difficult to select one language that is spoken by the assembly in any one Church.

4. With regard to the future of the promotion of the Sacred Liturgy in Nigeria the following are worthy of note:

A. The Hierarchy at their recent Annual Meeting decreed:

a) a Liturgical and Pastoral Directory for the Clergy be prepared immediately;

b) inter Diocesan and local study conferences on the Liturgy be organised for the Clergy and that experts be invited;

c) that preachers of Retreats be directed to orientate their sermons towards the new Liturgy;

d) that special formation in the Liturgy be given to Lay Apostolic Groups and Parish Confraternities;

e) that special series of sermons be preached to the faithful on the restoration of the Liturgy;

f) that experiments be permitted to determine the most suitable form that the *oratio fidelium* should take in Nigeria;

g) that special committees be established to study indigenous rites and customs to determine what can and what cannot be adapted to the Christian Liturgy. This latter refers particularly to the Ritual.

B. Translating committees are at work translating the Liturgical Books into some of the very many Nigerian languages in current use.

✠ JOHN OF THE CROSS ANYOGU
Bishop of Enugu

RESPUBLICA CENTRAFRICANA

I. INCEPTA

Ordinarii, i. e. quatuor Episcopi Reipublicae Centrafricanae, diebus 9-13 februarii 1965 convenerunt, una cum Commissionibus nationalibus de sacra Liturgia et de translationibus in linguam vernaculam textuum liturgicorum. Primum duae Commissiones in communi operam dederunt translationi in linguam « Sango » Ordinarii Missae. Opere absoluto et ab Episcopis approbato, separatim laboraverunt.

Commissio de interpretationibus transtulit Proprium Missarum Quadragesimae et Passionis, et Octavarum Paschatis et Pentecostes. Interpretationes sic paratae, interim, ad experimentum, in usum deductae

fuerunt donec « Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia » pro approbatione deferuntur. Missae dominicarum et praecipuorum festorum, iam antea translatae, anno superiore, approbationem Apostolicae Sedis obtinuerunt.

Eadem Commissio pariter interpretata est formulas Absolutionis sacramentalis et Confirmationis. Ritus Baptismi et Unctionis infirmorum iam a Sancta Sede approbati sunt.

Dicta Commissio, nunc denuo coadunata, recognoscit translationes Communis Sanctorum; operam dat populari interpretationi Proprii Sanctorum atque etiam revisioni partium Missalis antea translatarum et ad experimentum iam adhibitarum.

Supradictae interpretationes « roneotypice » paratae fuerunt et, suo tempore, i. e. quando sufficienter expolitae apparebunt, « Consilio » pro confirmatione et approbatione mittentur, antequam impressioni typographicae tradantur.

In nostra natione, lingua « Sango », omnibus nota, sufficere potest usui liturgico.

Commissio liturgica vero, aliquas indicationes practicas de ritibus in Missa celebranda servandis evulgavit. Interim nonnullae explicationes, ope *Notitiarum* « Consilii », necnon et *Ordo Missae* et *Ritus servandus* (Decr. 27 ianuarii 1965) nobis pervenerunt.

II. EXITUS

Instauratio liturgica et usus linguae vernaculae optime a fidelibus recepti sunt. Eorum conscia, pia et actiosa participatio, iudicio nostro, non parum increvit. Ad hunc finem non omisimus eorundem institutionem liturgicam promovere peculiari catechesi de Missa et etiam specialibus instructionibus. In diversis regionibus, coetus sacerdotum et catechistarum quaestionem tractaverunt.

Concelebrationes cum moderatione locum habuerunt. Sed sacerdotes et fideles eas grato animo susceperunt.

III. DIFFICULTATES

Adhuc desunt musicae compositiones pro *Kyrie*, *Gloria*, *Credo*, *Sanctus* atque *Agnus Dei* in lingua vernacula, itemque pro orationibus et cantu Epistolarum et Evangeliorum. Nonnulli periti studia de adaptatione musicae autochtonae usui liturgico aggressi sunt. Pedetentim ad felicem exitum pervenire speramus.

IV. PROPOSITIONES

Exoptamus facultatem Praefationem lingua vernacula proferendi. Oratio *Placeat, Ite, missa est* praecedere deberet, immo sine detrimento supprimi posset.

Recitatio Symboli Nicaeni in lingua vernacula peculiarem difficultatem praebet. Eius amplitudo et etiam similitudo quarumdam formularum cum Symbolo Apostolorum, impedit quin facile memoria retineatur a multis fidelibus, praesertim natu maioribus, legere nescientibus.

✠ JOSEPH CUCHEROUSSET
Archiepiscopus Banguensis

RUANDA-BURUNDIA

I. INCEPTA

Recentes Romanae Ordinationes, in documento « Inter Oecumenici » (26 sept. 1964) contentae, non apparuerunt insolitae in regione Rwandensi.

Etenim, vertente anno 1960, sessiones, ut aiunt, liturgicae locum habuerunt quae animos preparaturae essent ad instaurandam rem liturgicam ad mentem Concilii Vaticani II. Paulatim sacerdotes ministerio parochiali operam dantes et etiam magistri in scholis primi et alterius gradus, religiosi necnon et religiosae omnes ut alumni dociles disciplinae causa concurrerunt.

Ab anno 1962, Ordinarii Rwandae et Burundiae librum ediderunt « La Pastorale de la Messe » nuncupatum, qui per partes et enodatus explicaret Sacrificium Missae et eius celebrationem: de quibus multa in documentis romanis faustissime inveniuntur.

Mense iulio anni 1964, priusquam ad Concilium proficiscerentur, Ordinarii Rwandae et Burundiae promulgarunt primam dispositionem de Sacra Liturgia instauranda in suo territorio, et ad executionem Constitutionis monita (29 iul. 1964).

In hoc documento plura sunt notatu digna, v. g.

1) Imponitur obligatio, in omni Missa concurrente populo celebrata, proclamandi in lingua vernacula Verbum Dei.

2) Definitio ad experimentum quorundam textuum qui pertinent ad responsiones et acclamationes populi ad actuosam participationem promovendam.

- 3) Quaedam indicia ad proclamationem Verbi Dei efficiendam.
- 4) Nova instantia ad homiliam restaurandam in liturgia, post S. Evangelii proclamationem factam, ex sacro textu haustam et inspiratam.
- 5) Etiam catechesis liturgica de nova formula ad Eucharistiae distributionem adhibita.

Anno 1965 tandem aliud documentum eiusdem generis editur, priorem pro certo affirmans lumine *Instructionis* 26 sept. 1964. Longum est dicere omnia per singula. Attamen iuvat dicere quod hoc documentum dividitur in tres partes:

- 1) Altera dispositio ab iisdem Ordinariis edicta ad mentem *Instructionis*.
- 2) Regulae quaedam de modo celebrandi Missam a die 7 martii 1965.
- 3) Tandem regulae ex *Instructione* « Inter Oecumenici » ortae de modo ministrandi sacramenta et recitandi Officium divinum.

II. EXITUS

Applicatio alterius huiusce documenti ubique coepit tempore congruenti, sed non — in omnibus locis et in ipsissima die — pari et felici exitu.

Si quaeris cur sint in hac re exitus tristes, respondendum est quod:

- 1) Sunt etiam nunc aliqui sacerdotes non satis initiati, parum parati ad alios mutandos qui primum mutari debeant.
- 2) sunt etiam quaedam ecclesiae modo antiquo aedificatae quae Liturgiae Verbi cum dignitate celebrandae sint impedimento.
- 3) Sunt insuper, inter fideles, quidam bene animati sed qui aegerime ferant has continuas mutationes, funditus evertentes mores ab antiquis traditos et saeculares consuetudines.

Paulatim tamen, iuvante catechesi, et cum passim ecclesiae et altaria accommodentur Liturgiae Verbi et Eucharisticae, cum insuper christi-fideles nunc intelligant quod orant, sunt felices exitus, in primis quod christiani Ecclesiae conatus perpendunt et approbant.

A multis annis Oratio dominica, in nostris regionibus, ab omnibus dicebatur in lingua vernacula dum celebrans in latina facit. Magni pretii aestimaverunt facultatem nuper concessam recitandi vel etiam cantandi hanc orationem una cum sacerdote in lingua rwandensi. Quid mirum si, paucis diebus post, nova modulatio in omnibus memorii fuit! Ubi amatur non laboratur.

III. DIFFICULTATES ET PROPOSITIONES

Usque nunc orationes Missae (collecta, etc...) dicuntur lingua latina eo quod non sit adhuc textus legitime approbatus ab Auctoritate competente. Invitatio ad orationem fit in lingua vernacula, et subito occurrunt in lingua aliena quam nemo intelligit verba orationis. Fortunate, post non multos menses, hic textus in omnium sacerdotum manibus erit. Tunc pereat anomalia!

Sublata una, manet tamen alia circa Praefationem. Liceat nobis dicere tunc torqueri sacerdotem cum, post dialogum introductorium in lingua rwandensi, sit ei obligatio latine proseguere! Attamen hymnus *Sanctus* qui in lingua vulgari cantatur, logice consequitur a Praefatione, teste verbo *dicentes*.

Quapropter magno cum gaudio nuntium nuperrime accepimus Summum Pontificem Paulum VI benigne concessisse, ad normam *Instructionis* de Sacra Liturgia, art. 58, ut Coetus Episcoporum cuiusque nationis vel regionis statuere valeant usum linguae populi in proferenda Praefatione Missae.

Intermissio post verbum *securi* in embolismo videtur intempestiva eo quod frangit orationem ad calicem discooperiendum, ad genuflectendum et ad abstergendam patenam. Rectius totam orationem uno tenore diceret sacerdos.

Attamen, quamvis sint aliqua debilia, magni sunt progressus de quibus Omnipotenti Deo et Concilio Vaticano gratias agimus infinitas.

✠ ANDREAS PERRAUDIN
Archiepiscopus Kabgayensis

TANZANIA

I. INCEPTA

In regione hac preparatio instaurationis liturgicae coepta est ab anno 1960. Facultate accepta cantandi in lingua vernacula partes diversas (Ordinarium Missae) statim cantus diversi compositi sunt ad usum fidelium quo melius possint participare in cultu liturgico. Hi cantus compositi sunt secundum melodias regionis huius, ut fideles incitentur participare in cultu secundum mores regionis suae. Etiam ab illo tempore commentator et lector introducti sunt in cultum secundum « Instructionem » Pii XII. In liturgica actione, praesertim in diebus

festis, factae sunt processiones ad offerenda dona populi. Altaria plurium ecclesiarum mutata sunt ut sacerdotes possent celebrare Missam coram populo. Ecclesiae recentes aedificatae sunt secundum regulas « Instructio-
nis » liturgicae.

II. EXITUS

Statim post promulgationem mutationum liturgicarum quibusdam missionibus permissio data est ut sacerdotes Missam celebrarent in lingua vernacula ad experimentum. Hoc experimentum benigne acceptum est a fidelibus. Certe fideles bene parati erant quod ab anno 1960 instructiones multae datae erant in omnibus missionibus ad explicandas ceremonias Missae. Praesertim adolescentes acceperant multas instructiones quo melius intelligerent rationes innovationum liturgicarum. Fideles certe gaudent quod hodie possunt participare in cultu liturgico intelligentes actiones et verba sacerdotis, praesertim gaudent quod possunt participare, facientes opus commentatoris et lectoris.

III. DIFFICULTATES ad hunc diem expertae:

1. Non habemus missale quotidianum in lingua vernacula (swahili).
2. Textus liturgicos cantare non possumus quod compositio notarum nondum facta est.

IV. PROPOSITIONES:

1. Pars Missae adhuc lingua latina dicenda etiam lingua vernacula proferri possit.
2. Orationes secundae in Missa abrogentur.
3. Canon Missae et verba Consecrationis dicantur elata voce.
4. Praefatio dicatur lingua vernacula. Bonum non est incipere responsum et versus lingua vernacula, recitare prefationem lingua latina, et iterum recitare *Sanctus* lingua vernacula.

F. PAULUS LANIC
e Commissione liturgica Kigomaënsis

PARAQUARIA

De acuerdo con la respuesta dada por el Consilium a la petición que la Conferencia Episcopal Paraguaya le dirigiera en fecha 16 de noviembre de 1964, y con las normas de la Instrucción sobre la aplicación de la Constitución sobre Sagrada Liturgia, se han dado los siguientes pasos:

1. En la primera quincena de diciembre de 1964 se ha reunido al clero, con el fin de informarle acerca de las resoluciones del Episcopado y las concesiones del Consilium, e iniciar de manera uniforme y gradual la renovación litúrgica.

2. La proclamación de la Palabra de Dios en español durante la Misa — en la epístola y el evangelio — se inició oficialmente desde la Misa de Nochebuena 24-25 de diciembre. Así se hizo especialmente en la Arquidiócesis de Asunción. En algunas diócesis y prelaturas se prefirió preparar mejor al clero durante el mes de enero. El resultado de este primer paso ha sido verdaderamente positivo.

3. Los meses de enero y febrero de este año fueron empleados en la formación y catequización de los sacerdotes y de los laicos, para iniciar en forma conjunta la renovación litúrgica el 7 de marzo, de acuerdo con la « Instructio ». Reuniones, jornadas, experiencias, etc. facilitaron la preparación. No pequeña dificultad significó la llegada, en tiempo muy ajustado y breve, de los folletos enviados por el Consilium: nuevo ordo, rito que ha de observarse, oración común de los fieles, concelebración, etc. Se señala solamente el hecho, porque bien se sabía que, en medio de la brevedad del tiempo, el Consilium hizo un trabajo extraordinario.

4. El 7 de marzo fué la fecha oficial de la renovación de la Misa en toda la Provincia Eclesiástica. Algunas diócesis y prelaturas recién a fines de marzo y primeros días de abril la iniciaron. Asimismo algunas parroquias prepararon mejor el pueblo, a los lectores, cantores, etc. antes de lanzarse. Al menos en la Arquidiócesis de Asunción en la reunión especial, se exhortó a los sacerdotes y a los dirigentes de las asociaciones de apostolado laico a que llevaran la renovación una vez que estén básicamente preparados. Desde marzo hasta hoy los resultados son verdaderamente maravillosos: fervorosa participación activa de los fieles, aumento de asistencia a misa, crecimiento de comuniones, mayor conciencia de Iglesia, presencia más numerosa de varones, especialmente jóvenes, etc.

5. La Conferencia Episcopal Paraguaya dió a la luz pública el Decreto Colectivo sobre la renovación litúrgica, y dirigió una exhortación al clero y a los fieles para el día 7 de marzo.

6. La Comisión Nacional de Liturgia, con la ayuda eficaz de la Comisión Arquidiocesana de Liturgia, preparó y editó los siguientes materiales:

a) *Te ofrecemos, Señor, este Santo Sacrificio*, para la Misa, Asunción, Secretariado Permanente Conferencia Episcopal Paraguaya, Comisión Nacional de Liturgia, 1965, 30 p.

b) « un resumen » de las normas extractadas de la Instrucción del « Consilium » y del nuevo *Ordo Missae* y del *Ritus Servandus*: folleto mimeografiado, *Renovación de la Santa Misa*, 7 p.; y otro resumen de otros « *Cambios en la celebración de la Misa*;

c) otro *Resumen de la Oración común o de los Fieles*, 3 p.

7. La Comisión Nacional actualmente hállase abocada en preparar un Directorio de la Misa, un Cantoral y los materiales modelos para la Celebración de la Palabra de Dios.

8. En hoja adjunta aparecen las resoluciones de la última Asamblea Plenaria de la Conferencia Episcopal Paraguaya (1-5-VI-1965), que en el conjunto de las Actas han sido remitidas a la Sede Apostólica. Oportunamente se harán las peticiones sobre el Prefacio en español al « Consilium ».

9. El Episcopado Paraguayo, de acuerdo con las determinaciones adoptadas en Roma, durante la III Sesión del Concilio, en las reuniones de las Comisiones Nacionales de Liturgia de los países latinoamericanos, acogió el texto del Ordinario de la Misa presentado por el Celam y la Comisión Española. Ahora se presentan diferencias: las publicaciones oficiales del Episcopado Español traen los textos tradicionales del *Confiteor* y del *Pater*. Además, por falta del leccionario completo, del salterio, del cantoral y del ritual, que deben ser proporcionados por la Comisión Hispanoamericana, es casi imposible detener los textos y melodías de la Argentina.

Por otra parte, para información del « Consilium », es interesante observar que la falta de uniformidad del texto español en el Ordinario

de la Misa crea serias dificultades tanto a los sacerdotes como a los fieles que viajan de la Argentina al Paraguay y viceversa.

10. Dada la escasez de personal experto en liturgia — fuera de dos o tres especializados en principios generales y en música —, la Provincia Eclesiástica del Paraguay va acogiendo cuanto el Departamento Litúrgico del Celam propone. Pero, por sobre esta razón utilitaria, los obispos y sacerdotes están convencidos que es necesario que los principales textos litúrgicos sean uniformes en el habla española.

✠ FELIPE SANTIAGO BENITEZ
Presidente Comisión Nacional de Liturgia

PERUVIA

I. El 1° de enero de 1965 empezó el uso de la lengua vernácula en la Misa y en la administración de los sacramentos;

El 7 de marzo, la observancia de las nuevas rúbricas.

Están aprobados para ser usados en el Perú los Leccionarios español y argentino.

II. Labor de la Comisión Nacional de Liturgia:

Publicación de « cartones » y folletos para los fieles;

Publicación del Ordinario de la Misa, para el sacerdote;

Publicación, en español, del *Ritus servandus*, el que está siendo obsequiado a los sacerdotes y casas religiosas en todo el País.

Se ha editado el 1° número del Boletín y se prepara el 2°.

Se han tenido reuniones de formación en 5 Diócesis:

Arquidiócesis de Lima: las jornadas de formación consisten en cursos bíblicos para la mejor orientación de la Predicación y curso para lectores y comentadores.

La Comisión se ha mantenido en contacto con las Vicarías Foraneas para la recta aplicación de las reformas.

De otras Diócesis no hay aún información precisa.

III. Las reformas han despertado el interés litúrgico del Clero y de los fieles, con posibilidades reales de renovación pastoral. Con la concesión del *Vere dignum* en lengua vulgar se ha solucionado un problema muy sentido.

En el aspecto negativo hay que señalar la imposibilidad de una adecuada formación del Clero en el plano nacional, ya que ello supondría viajes que no se pueden, al menos al momento, hacer. Además las dificultades en los medios de comunicación hacen que las reformas lleguen lentamente en varias Diócesis.

Debe notarse que el *Ritus servandus* llegó en dos ejemplares y con muy poca anticipación, lo mismo que las modificaciones en el Jueves y Viernes Santos. Además, para que puedan difundirse a otras partes del País, el correo demora, a veces, hasta un mes.

✠ M. RENATUS CORNEJO RADAVERO
Episcopus tit. Sanavensis

SALVATORIANA RESPUBLICA

I. EXITUS primae applicationis *Constitutionis* sacrae Liturgiae bonus videtur. Fideles magno cum gaudio illam receperunt. Paulatim populus Dei in verum sensum liturgicum ingreditur, auxiliante gratia Dei et praedicatione pastoralis.

II. DIFFICULTATES principales, hic et nunc, ex penuria missalium veniunt, in quantum ad linguam vernaculam reducuntur; necnon a carentia musicae adaptatae in cantu pro lingua vernacula.

III. PROPOSITIONES nostrae ad ulterius procedendum ita formulamus:

1. Missam dividendam esse in tres partes, in quantum ad linguam vernaculam refertur: i. e., ab initio usque ad praefationem inclusive, lingua vernacula; a Canone usque ad *Supplices* inclusive, lingua latina; a Memento pro defunctis ad finem Missae, lingua vernacula.

Rationes: vitanda confusio fidelium et providendum optimae praeparationi ipsorum ad S. Communionem.

2. In fine Missae, loco *Dominus vobiscum*, *Ite missa est* dicatur: *Missa finita est: Pax vobis*.

3. Quod ad Sacramentum Baptismi refertur, oportet testimonia Sacrae Scripturae abundanter edicere in administratione huius Sacramenti.

4. In consecratione aquae baptismalis, supprimatur infusio Oleorum iuxta rubricas anteriores, et fiant cruces digito uncto Oleis sanctis, ad vitandam immunditiam fontis baptismalis.

5. In versione ex Sacra Scriptura in linguam vernaculam, supprimatur verbum « servus », et dicatur « filius », quia in lege Gratiae non amplius est servitus, Christo dicente: « Non dicam vos servos... » et per Baptismum constituti sumus filii Dei.

✠ BENJAMIN BARRERA Y REYES
Episcopus S. Annae

NOVA ZELANDIA

I. INCEPTA

Die 10 martii 1964, Conferentia Episcoporum Novae Zelandiae rogavit confirmationem ab Apostolica Sede, secundum art. 54 *Constitutionis* de sacra Liturgia necnon art. 9 Motu proprio *Sacram Liturgiam* versionis anglicae textuum sanctae Missae, in lectionibus, in partibus Ordinarii quae ad populum spectant — nempe, *Kyrie*, *Gloria*, *Credo*, *Orate fratres*, *Sanctus-Benedictus*, *Pater noster*, *Agnus Dei* et *Domine, non sum dignus* ante Communionem fidelium — in partibus Proprii quae ad populum spectant — nempe Graduale et alii cantus inter lectiones, necnon antiphona et psalmi Introitus, Offertorii et Communionis — in Collectis, Orationibus super Oblata et Postcommunionibus, in embolismo *Libera nos*, in benedictionibus quae ad sponsores spectant in Missa Nuptiali et in ritu sacramentali Matrimonii, in administratione Sacramentorum Baptismi, Matrimonii et Unctionis Infirmorum, et in divino Officio a clericis recitando secundum articulum 101 *Constitutionis* de sacra Liturgia.

Usus linguae vernaculae secundum Decretum « Consilii » Prot. n. 602/64 inceptus est die 15 augusti 1964, post seriem instructionum in prelo catholico et praedicationes in omnibus ecclesiis et oratoriis per quattuor hebdomadas iulii et augusti.

II. EXITUS primae applicationis optimus fuit. Difficultates perpaucae inventae sunt, et ubique consensus fidelium fuit ut amplior usus linguae vernaculae concessus fuisset.

Quapropter, Conferentia Episcoporum Novae Zelandiae, Romae congregata in tertia Sessione Concilii Vaticani II, die 19 novembris 1964 rogavit ut usus linguae vernaculae confirmaretur, in Missis quae cum populo celebrantur, a) in precibus ad gradus altaris faciendis, b) in *Orate, fratres* eiusque responsione, c) in dialogo ante praefationem et in praefatione ipsa, d) in embolismo et dialogo *Pax Domini*, e) in formula ad fidelium Communionem, f) in formula dimissionis et benedictionis finalis, g) in oratione super oblata et oratione super populum; in Sacramentorum et Sacramentalium administratione, a) in allocutionibus et admonitionibus quae in sacris Ordinibus conferendis occurrunt, b) in Benedictione SS.mi Sacramenti, c) in Sacramentalibus.

« Consilium » die 24 novembris 1964 (Prot. n. 3070/64) perlibenter probavit, non autem pro nunc in ipsa praefatione.

In primis mensibus 1965, multae conciones habitae sunt, et habebuntur usque ad finem huius anni, de materia liturgica secundum decretum omnium Episcoporum Novae Zelandiae, tum ad amplius actuosam participationem promovendam, quum ad praeparationem secundae applicationis, secundum Decretum 3070/64, quae die Pentecostes habebitur.

Propter maiorem uniformitatem in concessionibus de lingua vernacula praesertim in Missa, iam sub prelo sunt parvi libri pro usu sacerdotis ad altare, necnon editiones pro populo. Spes magna est ut secunda applicatio optimum exitum habeat, evitans (sed non modo perfecto) hybridismum linguisticum. Consensus fidelium spectat ad concessionem linguae vernaculae in ipsa praefatione, quae plenissimo modo mysterium salutis celebrandum explicat.

✠ OWEN NOEL SNEDDEN
Episcopus tit. Achiloi

C. E. L. A. M.

INSTITUTO LATINOAMERICANO DE LITURGIA PASTORAL

El Instituto de Liturgia Pastoral, creado por el C.E.L.A.M. en la ciudad de Medellín (Colombia), dió comienzo a sus actividades con la celebración de un curso de dos meses para sacerdotes. El curso empezó el día 16 de agosto de 1965 y terminó el 15 de octubre. Asistieron 21 alumnos, procedentes de Colombia, Venezuela, Ecuador, Argentina y México, y representantes del clero diocesano y de las siguientes familias religiosas: vicentinos, salesianos, benedictinos y franciscanos.

La dirección del Instituto está confiada al P. José M. SEGURA, C. M., como Rector y al P. Jairo MEJÍA, consultor del « Consilium », como Director académico. El profesorado ordinario está constituido por los PP. José CAMPS, Juan LLOPIS — ambos procedentes del Centro de Pastoral Litúrgica de Barcelona (España) y consejero del « Consilium », el segundo —, y Alvaro QUEVEDO, C. M., graduado en París. El Instituto cuenta además con los siguientes profesores extraordinarios: Eugenio LÁKATOS, S. V. D., Jaime J. DÍAZ, Antonio HORTELANO, C. SS. R., Lorenzo FERRER, O. S. B. y Pedro BUSQUETS, O. S. B.

Los alumnos que, además de superar las pruebas de exámenes, presentan un trabajo científico elaborado bajo la dirección de alguno de los profesores, alcanzan un diploma que les habilita como « Expertos en Liturgia ».

Además de los cursos largos para sacerdotes, el Instituto organiza diversos cursillos y semanas para religiosos, religiosas, seminaristas y seglares. Para el próximo año de 1966 se proyectan tres cursos largos para sacerdotes (de enero a abril; de mayo a agosto, y de septiembre a octubre), y varios cursillos y semanas.

La obra del Instituto, todavía incipiente, está llamada a ejercer una gran influencia en la renovación litúrgica de América Latina.

J. M.

Documentorum explanatio

DE ORATIONE FIDELIUM

1. AN IN MISSIS CUM CONCURSU POPULI QUOTIDIE DICI DEBEAT?

Non semper. Constitutio de sacra liturgia (art. 53) statuit ut « praesertim diebus dominicis et festis de praecepto restituatur ». His diebus ergo est obligatoria, aliis diebus est ad libitum celebrantis. Valde convenit tamen ut fiat in peculiaribus adiunctis, cum habetur concursus extraordinarius ad ecclesiam, in aliquibus feriis Adventus et Quadragesimae, vel cum sanctificatur peculiare aliquod momentum vitae christianae, v. g. in celebrationibus matrimonii, exsequiarum, primae admissionis ad s. Communionem, Confirmationis. Eo praesertim cum nostris temporibus in his functionibus potius « familiaribus » saepe unica habetur occasio inducendi ad universalem precationem christifideles tepidiores qui his tantum circumstantiis ecclesiam adeunt.

Pretiosa margarita a Concilio liturgiae romanae restituta ut pars insignis et regularis Missae, magnum etiam momentum pastorale praesefert.

2. QUISNAM DEBET VEL POTEST APPROBARE FORMULAS ORATIONIS COMMUNIS?

Pertinet ad Coetus Episcoporum territoriales, ad normam *Instructionis*, n. 56.

Nam oratio ista deprecationem Ecclesiae universalem exprimere debet, sed omni loco et tempori aptatam. Ut vera habeatur participatio, necesse est ut haec oratio vere persentiat uti propria, et spontaneitati, ac realibus necessitatibus et indoli regionum singulorumque populorum respondeat.

Hic magna varietas admitti potest, praesertim in intentionibus et in formis participationis populi, iuxta mores et consuetudines variarum gentium.

3. AN LICEAT RECTORI ECCLESIAE ORDINEM INTENTIONUM MUTARE?

Certe. Recta structura orationis communis postulat ut unumquodque schema quatuor intentionum series contineat: « pro sancta Ecclesia, pro iis qui nos in potestate regunt, pro iis qui variis premuntur necessitatibus », ¹ et pro locali communitate. ² Ita habetur vera precatio « communis » seu « universalis ». Tamen Rector ecclesiae, his quatuor generibus servatis, non tenetur intentiones unice ex uno schemate seligere; sed potest illas sumere ex variis formulariis a competenti auctoritate approbati, et novum suum schema ordinare. Tantum hoc modo oratio caractere universali ditatur et insimul sensus exprimere potest peculiaris coetus qui illam participat.

In celebrationibus votivis, v. g. in nuptiis, funeribus, etc., amplior locus tribui potest intentionibus particularibus, sed numquam totaliter derelinquendo intentiones universales.

4. UTRUM RECTORI ECCLESIAE LICEAT ALIQUAM INTENTIONEM ADDERE

Sine dubio. In quarta serie intentionum, Ordinarii locorum pro necessitatibus dioecesis, et rectores ecclesiarum pro sua communitate, unam alteramve intentionem addere possunt. Hic locum aptum habent preces olim ab « orationibus imperatis » expressae.

Intentiones a Rectore ecclesiae compositae, *scripto* dari debent, ne facili et fortuitae locutioni ansa prebeatur.

5. QUOT INTENTIONES PROFERRI POSSUNT?

« Consilium » ita proponit: « Ne oratio communis intempestiva diuturnitate gravet fideles, auctoritas competens, si casus fert, potest statuere numerum maximum intentionum in Missa adhibendum. Attamen, hic numerus superari poterit pro opportunitate, ex. gr. in celebratione verbi in aliqua peregrinatione vel in aliquo extraordinario conventu ». ³

Cum ergo numerus taxative non determinetur, consulitur ut intentiones numerum 5-6 non excedant, unam, vel quandoque duas, ex qualibet serie seligendo.

¹ *Constitutio de sacra Liturgia*, art. 53.

² Cfr. *De oratione communi seu fidelium*, In Civitate Vaticana 1965, p. 6, n. 9 E).

³ *Id.*, p. 8, n. 20.

6. QUAE EST FORMA PERFECTIOR ORATIONEM COMMUNEM PERAGENDI?

Haec oratio quatuor partibus constat: monitione celebrantis, prolatione intentionum, participatione populi, oratione conclusiva. Ut sit revera actio totius plebis sanctae Dei, congregatae ad suum regale sacerdotium in oratione exercendum, postulatur cooperatio et celebrantis, in admonitione introductoria ac in oratione finali, et ministri idonei qui intentiones proferat, et populi participantis.

Insuper oratio fidelium illa forma nobiliore ditari potest, quam « actio liturgica accipit cum... sollemniter in cantu celebratur ».⁴ Proinde eius textus variis linguis popularibus ita conficiatur ut cantari possit.

Quo in casu tamen, cum participatio populi summum habeat momentum in oratione fidelium, non convenit ut sola schola vel soli ministrantes respondeant ei qui intentiones promit, sed universus coetus fidelium.⁵

7. SI CELEBRANS NON PRONUNTIAT IPSE INTENTIONES, POTEST MIS-
SAM PROSEQUI?

Minime gentium. Oratio fidelium nullo modo ritibus offertorii superimponi debet. Patet ex supra dictis de structura orationis fidelium, et ex eo quod habenda est velut conclusio totius liturgiae verbi et quasi manu ductio ad liturgiam eucharisticam. Missa ergo ne prosequatur nisi oratione fidelium expleta.⁶

⁴ *Constitutio de Sacra Liturgia*, art. 113.

⁵ Cfr. *De oratione communi seu fidelium*, p. 7, n. 13.

⁶ Cfr. *Instructio ad executionem Constitutionis de sacra liturgia recte ordinandam*, nn. 66 et 72.

Ordo Missae et Ritus servandus in celebratione Missae

Editio typica

In-16°, pp. 72, L. 800 (\$ 1,40)

Recens *Instructio* de sacra Liturgia quasdam induxit variationes rituales in Missam, integra atque immutata manente eius generali structura. Revisio proinde sive *Ordinis Missae*, sive *Ritus servandi* omnino necessaria erat, ut omnia in cultu divino secundum ordinem fiant.

Kyriale simplex

Editio typica

In-16°, pp. 48, L. 600 (\$ 1)

Modi simpliciores qui exhibentur ii sunt, qui, sive in Editione Vaticana, sive in aliis fontibus ritus romani, ambrosiani et hispanici reperiuntur.

Partes ita disponuntur, ut, praemissis antiphonis *Asperges* et *Vidi aquam*, quinque schemata simplicia Ordinarii Missae efficiant, quae tamen nullam ex se relationem habent cum gradu festivitatis dierum liturgicorum. Attamen singulae partes numeris progredientibus distinguuntur, quo facilius evadat, si placet, Ordinarium Missae, partibus ex diversis schematibus selectis, componere. Tandem unicus ponitur tonus monitionum in fine Missae *Ite, missa est*, et *Benedicamus Domino*; ultimo denique quattuor praebentur toni pro *Credo*.

Ad modum *Appendicis* duo exhibentur toni ad orationem dominicam ab universo fidelium coetu una cum celebrante decantandam.

Cantus

qui in Missali romano desiderantur iuxta Instructionem ad executionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam et iuxta ritum Concelebrationis.

In-16°, pp. 36, L. 600 (\$ 1)

Melodiae quinque partibus distribuuntur: I. Tonus orationis super oblata; II. Toni Canonis (usualis, ad libitum) ab *Hanc igitur* ad *Supplices* inclusive; III. Toni doxologiae Canonis (simplex, sollemnis); IV. Toni orationis dominicae, quando a pluribus decantatur (usualis, ad libitum); V. Tonus embolismi. Sequitur *Appendix*: I. Toni pro *Hanc igitur* propriis; II. Specimina quaedam tonorum pro « Oratione fidelium »: agitur de octo melodiis, quae textibus etiam lingua vernacula exaratis perbelle aptari possunt.

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

Variationes in Ordinem Hebdomadae sanctae inducendae

Editio typica

In-16°, pp. 24, L. 250 (\$ 0,40)

Continet Missam Chrismatis feriae V in Cena Domini recognitam, idest cum novis pericopis, necnon cum textibus et melodiis simplicioribus, depromptis ex edendo Graduali simplici, *ad libitum* adhibendis, loco illarum quae adhuc in usu sunt. Praebet rubricas ad simpliciores formas redactas pro consecratione Oleorum et quosdam textus mutatos in orationibus sollemnibus feriae VI in Passione et Morte Domini.

Ritus servandus in Concelebratione Missae et Ritus Communionis sub utraque specie

Editio typica

In 16°, pp. 104, L. 900 (\$ 1,50)

In libello, affabre excuso, habentur Ritus concelebrationis et Communionis sub utraque specie a « Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia » parati, et a Sacra Rituum Congregatione promulgati. Additur Canon Missae ad usum concelebrantium, et melodiae textuum, qui cani permittuntur.

De oratione communi seu fidelium

In-8°, pp. 32, L. 300 (\$ 0,50)

In fasciculo, parato a « Consilio », orationis communis natura, momentum ac structura describuntur. Indicantur criteria ad eam parandam, et praebentur specimina, super quibus Commissiones liturgicae nationales conficere possunt schemata pro sua dicione.